



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. VI. De Cathechesi, & Privatis Sermonibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

S E C T I O VI.

De Catechesi, & privatis Sermonibus.

DE Doctrina Christiana, seu Catechismo nonnulla peculiaria referenda sunt, ad ejus pretium, proximique spectantia, præter jam dicta, ubi de Professione, Part. 3. Cap. 3. Sect. 2. §. 3. 4.

1. Igitur Præpositus Generalis nominatim commendatam sibi noverit institutionem puerorum, ac rudium in Christiana Doctrina: est enim maximè necessarium, ut circa hujus rei providentiam diligenter invigilet; cum in Proximis ædificium Fidei, sine hoc fundamento non possit consurgere; & in Nostris periculum sit, ne, ut quisque erit doctior, ita Provinciam hanc, tamquam primo aspectu, minùs speciosam, forsitan detrectare conetur: cum tamen revera nullus sit fructuosior, vel proximis ad ædificationem, vel Nostris ad caritatis, & humanitatis simul officia exercenda.

*Gravissima
hujus Ministerii
commendatio.*

*i Paul. III. p.
12. & Jul. III.
P. 61. & P. 5. c.
3. B. & C. 2.
D. 58. & R.
Præp. 39.*

2. Præter assiduam usum hujus Ministerii tantoperè commendatum, omnes, post emissam Professionem, aut susceptum Gradum Coadjutoris Spiritualis, debent

Ejus extraordinarium exercitium.

l P. 4. c. 10. §.
10. & K. & C.
1. D. 138. &
C. 2. D. 58. &
65. & R. Prov.
71. & R. Præp.
4. & Rect. 3.

*Modus majori
locorum adifi-
cationi aptan-
dus.*

m C. 1. D. 137.
& R. Præp. 39.

*Omniū est
piis adhortatio.
nibus juvare
proximos.*

n Ex. c. 6. §. 4.
& P. 7. c. 4. §.
8. & R. com.
42. & 10. & R.
Cord. 9. & Or.
c. 4. §. 22.

bent Catechismum docere per quadraginta dies; quod etiam Præpositis, & Rectoribus, ubi primum Regimen auspicantur, injunctum est. Diligenter etiam in ea tradenda Novitii instituendi sunt: & externi Discipuli in scholis inferioribus eandem docendi, ut suis locis traditur. l

3. Modus autem Doctrinam Christianam tradendi, pro locorum ratione, ad ædificationem, & majorem utilitatem exigetur, sive id canendo, sive secus fiat. m

4. Ceterum præter enunciata Ministeria Verbi Dei, quæ non sine delectu nostris hominibus imponuntur, omnium prorsus est, pro ratione sui gradus, piis colloquiis Proximum ad meliora promoveri, & consilio, ac exhortatione ad bona opera, præsertim ad Confessionem excitare. Quod ut præstare facilius possint, inter Domesticos piis sermonibus assuecant, & linguam ejus regionis, in qua resident, addiscant. n

